



## **Antiquae Lectionis Tomus ...**

Bipartitus, In Qvo L. Vetera Monumenta, Nunquam Visa, Pauculis Exceptis -  
Quorum Catalogum versa pagina indicat

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1604**

Nobilissimo Ac Strevo Viro Ac Domino Iohanni A Schellenberg, Domino In  
Hüffingen, Stauffen, Radnegg, &c. Henricvs Canisivs Noviomagvs,  
Sacrorum Canonum Professor Ingolstadii S. P. D.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64177](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64177)

NOBILISSIMO AC  
STRENO VIRO AC DOMI-  
NO IOHANNI A SCHELLEN-

BERG, DOMINO IN HÜFFINGEN,  
Stauffen, Radnegg, &c.

HENRICVS CANISIVS NOVIOMAGVS,  
Sacrorum Canonum Professor Ingolstadii  
S. P. D.

**R**aclare quodam in loco Cornelius  
Tacitus acris ingenij scriptor;  
vetera, inquit, extollimus, veterum  
incuriosi. At meo iudicio rectius,  
si curiosos dixisset. Quis enim non facile prædi-  
cat id: quod antè in vetustatis tenebras altè de-  
mersum curiosè ipse eruit, & in publicum pro-  
feri? Quare nobiliss. & strenue Domine, cum  
quartum tomum Antiquæ lectionis tibi nuper  
in scriptum gratum fuisse literis humanitatis, &  
benevolentia plenis, & non exiguo, sed planè li-  
berali munere, ostenderis; teq; veterum monu-  
menti plurimū delectari significaueris: Idcirco  
& hūc quintum Tomum testem meæ in te per-  
petuæ obseruantia & gratitudinis; sub tuo no-  
mine & patrocinio in lucem, aspectumq; homi-  
num prodire voluit nihil addubitans, quin &  
(\*) 2 eundem

## EPIST. DEDICAT.

eundem testimonio tuo sis approbaturus. Nec enim indignum nomine tuo facis, quod ocium, quod à publicis negotiis vacuū superest peruoluēdis Auctoribus insumas, ut pectus illud tuū, alioqui egregia doctrina instructū, virtutibus magis exornes: non quia librorū lectio virtutē dare possit, sed quia animum ad accipiendam eam magis præparet & accēdat; Accedit, quod singulari quadam voluptate legentis animus perfunditur, dum in libris tāquā in speculo clarè intuetur, bonorū virtutes & premia, improborum vitia dignis suppliciis vindicata, & vitæ humane varias mutationes, rerumq; cum ea conuersiones: quæ & nonnūquā in rebus aduersis dolorem auferunt, & constantiam augent. Multi, ait Cicero, cum in potestate essent hostiū, ac tyrannorum, multi cum in custodia, multi in exilio dolorem suum doctrinæ studiis leuarunt. Accipe igitur, nobilissime domine, hunc quoq; Tomum ea benignitate, qua quartum; accipiesq; uti spero & optō: tum quia omnium, quos hæctenus edidi locupletissimus est, monumentisq; lectu dignis instructissimus; qui tribus prioribus Tomis tanquam sociis ad te comitatus venit,

EPIST. DEDICAT,

venit, quos in tua Bibliotheca extare cupio,  
in argumentum mei in amplitudinem tuam  
perpetui studij & observantia. Vale, Jngol-  
stadij V l. Feb. Anno M. DCIV.

Carmen

AD NOBILISSIMUM DOMI-  
NUM IOANNEM A SCHELLENBERG,  
DOMINUM IN HUFFINGEN, STAVF-  
fen, Randeck, &c.

**N**ostrorum extremi manuum fortasse labores  
(Vsq; adeo nostris spes est incerta diebus,  
Et regit innocuas etiam mors invida terras)  
Aeternam inveniunt, fortunâ remige, sedem  
Hegouic ad fines, Sueuiq; ad Acronia ponti  
Littora, gemmigeras Hermi superantia ripas.  
Appellat veterem te, STIRPS SCHELBERGICA, gemmigeras  
Ultima de nostris, quis scit? donaria Clio  
Fessa ferens, abdenda tuis monumenta fauissis.  
Scilicet in doctis Muse stant tutius aulis,  
Quas sibi demeritos norunt habitare Patronos.  
Aurea quadrifido dederunt insignia campo,  
Ac gemino circum Meandro fulgere torques  
Colla tibi, & nullis opulescere Numina curis.  
Nec leue, quod Clarius etiam praequantia portas  
Mercibus, atq; ipsas imitantia corda sorores,  
Viuerè Palladis res est quibus aurea regnis.  
Antiquis solemne animum tibi pascere charis,  
Laudatâ priscos lustrare indagine mores,  
Atq; ipsos iterum Celosq; Ereboq; vocare,  
Suauia Musicolis visu spectacula, Manes.  
Noster hic ardentem si tranquillabit Orem  
Erutus ex Istro tibi, STIRPS SCHELBERGICA, succum,  
Ne mea perpetuis annabunt pignora scelis,  
Et tua sydereo transcendent nomina colles.

(a) 3

Lectio